



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**SELECTA=||RVM DECLAMATIONVM || Philippi Melanthonis,  
quas con=||scripsit, & partim ipse in schola  
Vui=||tebergensi recitavit, partim alijs recitandas  
exhibuit.|| TOMVS ... ||**

**Melanchthon, Philipp**

**1559**

**VD16 M 3567**

De dignitate uitæ scholasticæ, deq[ue] Scholasticorum ordinum  
comparatione, cum cæteris ordinibus & uitæ generibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-34734**

ciuitatis, erudiatur, ualde enim fallitur, si quae  
ne doctrina solidam uirtutem parari possent  
mat, nec ad Respub. gubernandas quisquam  
idoneus est, sine scientia earum literarum, quae  
ratio omnis regendarum ciuitatum continetur.

Hec cum expendetis, non inuidia, non ulla  
difficultatibus patiemini uos absterreri, quod  
nisi ad discendum uestros ciues inuitetis. Depre-  
fessoribus uestris hoc polliceri uobis possum, quod  
eruditionem suscepto oneri parem esse, et in ho-  
gendo munere summam fidem futuram. Christus

precor, ut auspicijs grauissimi negocij fauere

et uestra consilia, studiaque discen-  
tium fortunet.

Dixi.

DE LAVDE VITAE SCHOLASTICAE

Oratio, dicta à D. Melchiore Fes-  
dio, in promotione Magi-  
strorum.



Um considero eos, qui in hunc  
cum ad dicendum prodeunt, uel  
gumenti nouitate, uel eloquii  
placere, animaduerto mihi  
opus esse humanitate atque equitate.

le uestra. Nam argumentum nouum, quod quidem huic loco conuenire uideretur, nullum reperi-  
bam, nec peruulgatis addere aliquid splendoris di-  
cendo possum. Cum autem publici officij ratio im-  
ponat mihi dicendi necessitatem, erit humanitatis  
uestrae, ut uos quoque aequitate uestra publicum  
morem conseruetis, me non grauatim audire, &  
orationem meam boni consulere.

Decreui autem dicere de dignitate uitae scho- **Propositio:**  
lasticae, deque comparatione uestri ordinis cum cae-  
teris ordinibus & uitae generibus: Neque ego non  
uideo quantum, quam amplum argumentum su-  
seperim. Sed quanquam pertexi nunc non pote-  
rit, tamen utile erit capita rerum attigisse. Quem  
admodum autem Medici in praeceptis ualetudi-  
nis, monent, ut aëris qualitatem in quo uersamur,  
diligenter obseruemus. Ita magnopere conducit,  
genus uitae intelligere, in quo uel nostro, uel alie-  
no iudicio collocati sumus. Et est quaedam Philoso- **Gradus huma-**  
phia pars, gradus humanorum officiorum, atque or- **norum officio-**  
dines considerare & rectè discernere. Deinde ne- **rum.**  
scio quid alijs accidat, mihi quidem in hac fortu-  
na tenuitate, & in his difficultatibus quibus con-  
sistor, haec res aliquid solatij affert, quod hoc ui-  
tae genus, & sanctissimum et hominis naturae con-  
uenientissimum, & uitae utilissimum esse cogito.

g ij Cum

Semidei aula-  
rum.

Cum hæc bona colligo, sero æquiore animo in  
moda, quæ comitantur hanc uitam, quæ sunt  
rima: Nam ad ipsos studiorum labores, ac  
paupertas, quam perferre posse, magnitudo  
est non uulgaris: Adde quod superbissime con-  
temnimur, nõ solùm ab imperitis, à mercatoribus,  
centauris, sed etiam ab illis semideis, qui regunt  
in aulis, propter opinionem doctrine, aut sapien-  
tiæ. Postremò non tantùm contemnimur, sed  
am in odio sumus. Hæc incommoda quam  
sint leuia, res ostendit, deterrent enim plurimos  
literis. Ego tamen non dubito ea hic commen-  
rare, ut cogitetis fortitudinem quandam esse,  
ter has difficultates non abijcere literas: De-  
monebo, ut his malis opponatis uera & non  
ta huius uitæ scholasticæ bona.

Initiò autem præfari uolo, me nihil de dig-  
tate cuiusquam ordinis detrahere. Non delecto  
la Cynica Philosophia, quæ uituperat omnes or-  
tes, omnia uitæ genera. Melius & humanius  
quit Aristoteles, ciuitatem non ex Medico et  
dico, sed ex Medico et Agricola constare, hoc  
ex multis ordinibus. Quare singulis tribuo  
honorem. Sed gradus considerandi sunt, quos  
runq; stulti cõturbant. Sic igitur statuetis  
scholasticam primùm necessariam esse Reip  
& m

et maximas ad communem uitam utilitates afferre, deinde et sanctissimam ac Deo gratissimam esse, postremo etiam iucundissimam. Et quidem tantas ad uitam utilitates ex uita scholastica peruenire, tantum in hac esse uerae dignitatis, ut quamuis titulo praesent Reges et Episcopi, tamen re ipsa par sit illis ordo Scholasticus. Hoc cum animo constitueritis, etiam opera danda erit, ut hinc uitam omni studio ornetis, ut fortiter labores, et omnes difficultates perferatis, quae comitantur hoc uita genus.

Ordo scholasticus parregio.

Sed quas tandem ob causas usque adeo laudamus uitam scholasticam? Vulgus iudicat esse ociosam uitam, atque inde scholasticam appellarunt: Latini nuncuparunt ludos hos conuentus discipulorum. Quid autem dignitatis in ociosa uita, aut in ludis esse potest? De his appellationibus postea dicam. Prius enim ostendam, minimum esse ocij in hac nostra militia: nec ludum esse haec studia literarum, sed seriam inquisitionem maximarum rerum.

Veritatis & iustitiae inquisitione.

Duae res sunt, quibus nihil melius ac diuinius habet humana natura, uidelicet ueritas et iustitia. Harum inquisitio et explicatio commendata est scholis. Nec uero obscurum est, ueritatis et iustitiae cognitionem maximè necessariam esse ad bene uiuendum, et utilitates ad uitam maximas afferre.

Non enim sine doctrina religiones coli, non leges  
condi aut retineri possunt. Quanto presidio dili-  
genter? Quanta esset uita, si medicinam nemo disceret aut lo-  
cueret? Quantis ornamentis carendum esset, si ne-  
mo disceret Mathematica, si nulla temporum discri-  
mina tenerentur, si res ueteres, et historiae man-  
te literis ignotae essent? Horum comodorum ma-  
gnitudo uobis quidem, qui in his studijs uersamini,  
nota est. Quare facile iudicabitur parte Reip. ne-  
cessariam esse scholas, et quidem praecipuas utili-  
tates inde ad communem uitam peruenire. Quae  
enim non uidet religionibus, legibus & literis in  
uita magis opus esse, quam fabris aut cerdonibus?

Sed illud disputant quidam, Ecclesias, aulam,  
forum, sedes esse ueritatis et iustitiae, magis quam  
scholas. Vocant scholasticam uitam umbracilem,  
quod ibi in ocio ingenia exerceantur, illic autem  
ueritatem & iustitiam in acie uersari. Moderati  
animi est, & bene instituti, reuerenter sentire de  
Ecclesijs, de aulis & foro. Ac debent quidem in il-  
lis locis regnare ueritas et iustitia. Sed constat ex  
scholis in illa loca haec ornamenta afferri. Quis  
enim esset doctrina in templis, si in scholis res non  
essent agitatae & illustratae? Quis esset aulico-  
rum consiliorum et fori barbaries, si non extaret  
quaedam erudita iuris doctrina? Deinde hoc in  
terop,

terest, de omnibus magnis rebus scholae consuluntur, scholae pronunciant, non Episcopi, aut aulici, aut caudidici. Postremo in scholis est simplex studium rerum inquirendarum et patefaciendarum.

In Ecclesijs multa in popularibus concionibus dicuntur improprie, multa etiam quia populus non potest assequi, praetereuntur. Iam in aulis et foro horribile est dictu, quantum sit Sophistices. Itaque

sepe mihi uenit in mentem ueteris fabulae de Astrea, quam ferunt pulsam ciuitatibus, postea in rure diu solitam agricolis concionari. Ita mihi uidetur propemodum pulsa ex aulis, ex foro, ex templis, et alijs hominum coetibus Astrea, hoc est, ueritatis et iusticiae doctrina, adhuc herere in scholis.

Quare cum minus sit Sophistices in scholis, quam alibi, cum bonis unum hoc sit studium erudae ueritatis, summa laus esse debet uita scholasticae, quae quidem imago quaedam est illius beatissimi status, in quo aurea illa aetate uuebant homines, si qua fuit, aut certe uicturi erant, si fuisset illa aurea aetas, si natura hominum fuisset immunis a peccati labe, et a morte. Quid enim tunc fuisset uita hominum, nisi iucundissima quaedam schola, in qua seniores et praestantiores de rebus diuinis, de natura rerum, de immortalitate humanorum animorum, de caelestibus motibus, de omnibus uitae officijs docuissent reliquos? In

Astrea in scholis.

Vita scholastica imago aetatis.

hæc Philosophia, & huiusmodi disputationibus, tempus omne consumpsissent seniores & iuiores. Nec aliam uitam fuisse Adæ, et similium principum uirorum iudico. Huius beatissimi Patris imago est uita scholastica.

Sanctitas uitæ  
Scholasticæ.

Dixi breuissimè de necessitate & de utilitatibus, addam etiam de sanctitate huius uitæ. Nolum Deo gratius est officium, quàm ueritatis, & iusticiæ studium et propagatio. Nam hæc sunt precipua Dei dona, in quibus Dei presentia maxime cerni potest. Hæc Deus præcipuè conseruari præstat, imò ad hunc finem præcipuè conditi sunt homines, ut alij alios doceant de Deo & alijs rebus bonis. Ad hanc utilitatem addita est diuinitus humano generi sermonis communicatio. Quæ non dubium est, quin hoc uitæ genus, quod in docendo et discendo uersatur, Deo gratissimum sit, et hoc nomine antecellat scholæ templis et aulis, quia maius est studium ueritatis in scholis. Quære si quis sanctum uitæ institutum querit, non addat se in solitudines, nõ putet aliud esse sacratius uitæ genus, sed in his discantium conuentibus maneat, hic conetur bene mereri de genere humano, doceat alios, & sciat hoc officium prodesse ad conseruationem & propagationem optimarum rerum, erudiat ambigentes cõscientias, respondeat



de iure, deq; omnibus uitæ officijs, inquirat rerum naturam, morborum remedia, causas mutationum in natura, motus et effectus cœlestes, præparet iuuentutem ad maiores artes, enarret historias, mandet literis res gestas, illustret artes: Hæc quisq; facit, Deo gratissimum cultum præstat, & de genere humano præclare meretur: Conseruat enim doctrinam utilissimam uitæ, format mores, iudicia hominum, retinet pacem, mitigat multa mala publica. Tale uitæ genus non solum præstat monastico, sed uerè diuinum est.

Cicero reprehendit Platonem, quod dixerit Philosophos, tametsi abstineant à Reipub. administratione, tamen iustos esse, propter hæc ipsam magnarum rerum inquisitionem. Sed Plato rectissime sensit. Est enim iusticia, suum quenq; officiū facere, & fructum eius officiij conferre ad communem salutem generis humani. Id maximè facit Philosophus, qui religiones, rerum naturam, causas omnium honestorum officiorum, leges explicat, & has res diuinas cæteris impertit, artes illustrat, aut docet: deniq; qui ueritatis, et iustitiæ doctrinā cōferre ad aliorū utilitatē studet. Nec potest melius mereri de genere humano uel causas aliquos, qui in foro controuersias, aut exponunt, aut dirimūt, uel ædiles qui pōtes aliquos faciunt,

ciat, uel mercatores qui iusto precio res utiles  
portat. Recte igitur Plato dixit, iustos esse Phi-  
sophos, qui doctrinam utilem uitae tradunt. Non  
sit Magistratus Isocrates, sed consilijs suis gub-  
nauit Imperatorem laudatissimum Timotheum,  
& formauit ingenia multorum, qui postea in Re-  
pub. principes extiterunt. Nec melius de Repub.  
meritus est Aeschines causidicus, quam Aristote-  
les, qui etsi nec Magistratus gessit, nec causas  
agit, tamen Alexandrum, & multos alios Prin-  
ces finxit ad iusticiam et beneficentiam. Deinde bo-  
netiam bene meretur de Repub. reliquit monumenta  
utilia ad religiones, et leges interpretandas, patet  
Medicos, et iudicia multorum format, qui in foro  
et negocijs uersantur. Aso iuris consultus guberna-  
uit magnam Italiae partem. Nec tamen minus de Re-  
pub. meretur Bartolus, qui in schola tantum uixit.  
Philippus Medicus Alexandri exercitum secutus  
est, ac Regem ipsum ingenti periculo liberauit.  
Neque tamen minus de Repub. meretur Galenus,  
qui nullum exercitum secutus est, sed in schola  
didit, & scripsit doctrinae suae monumenta.

Cum igitur non aliud uitae genus utilius sit ge-  
neri humano, aut magis necessarium, aut sanctius  
us, quam uita scholastica, satis intelligi potest  
hanc esse praestantissimum uitae gradum. Haec  
ra lau

ra laude moueri bona ingenia decet, ut magis a-  
 ment uitam scholasticam, et adhibeant studium et  
 diligentiam dignam tanta professione, et ornent  
 eam optimis moribus. Quid est enim turpius, quam  
 quod multi in scholis ita degunt, primum, ut non  
 intelligant suum officium: deinde, ut hoc ocium  
 literarium collocent in turpissimas uoluptates,  
 et sumant sibi licentiam omnium scelerum, quasi  
 schola non ueritatis et iusticie, sed petulantie offi-  
 cine essent. Quo animo homines pij ueniunt in tē-  
 pla ad facienda sacra, eodem animo uos quoq; in  
 scholas accedere oportuit: Hic enim res diuinæ  
 tractantur. Et magna cura adhibenda est, ut nostra  
 sacra recte faciamus, ne nostra inscitia aut aliqua  
 alia culpa artes corrumpantur. Nō minus piaculū  
 est, corrumpere artes, quam ceremonias in tēplis  
 contumelia afficere. Ideo scholis nomen inditum est  
 ab ocio, ut Respub. testetur se liberare nos à sordi-  
 dis operis, ut dediti esse rebus diuinis possimus.  
 Addidit etiam premia, sicut militibus: Et si autem  
 utilitates sunt exiguae, etsi indocti non solum con-  
 temnunt, sed etiam crudeliter oderunt literas, tan-  
 quā uincula cupiditatum suarum, tamen Deus nō  
 patitur omnino deesse premia docētibus literas,  
 et discētibus. Et quo melius quęq; Respublica  
 constituta est, eo est erga studiosos liberalior.

Interim

Increpatio.

Premia.

Interim nos decet Philosophico animo fortuna  
iniquitatē ferre, et intelligere causas, quare opti-  
mæ quæq; res maximè sunt sprete uulgo. Deinde  
incommodis etiam opponamus commoda, uideli-  
cet, dignitatem professionis, & sanctitatem, pro-  
stremo etiam iucunditatem. Itaq; de hac etiã pau-  
ca adiciam, uidelicet, nullum uitæ genus iucun-  
dus esse, quàm uitam scholasticam.

Scholasticum  
uitæ genus iu-  
cundissimum.

Omnes sanæ mentes incredibilem uoluptatē per-  
cipiunt ex ueritatis agnitione: Nã ad hanc aspira-  
endã maxime cõditi sunt homines. Hanc uolupta-  
tem in scholis multæ causæ augent. Primum enim  
magna ibi artium uarietas est: Omnium discipli-  
narum professores esse solent, qui cõsuli possunt  
in qualibet arte: Est et frequentia discipulorum,  
qua magna dissimilitudo est ingeniorũ et iudicia-  
rum. Quare nostras cogitationes cum multis con-  
ferre possumus, audire quid alij iudicent, imitari  
meliora exempla. Hinc enim est illa apud Hesi-  
odum laudata contentio, de qua dicit, uicinum à ui-  
cino ad diuitias properate, inuitari. Ideoq; apud  
Euripidem uerè dictum est, Cõmunicatione opti-  
onum in magna frequẽtia repertas esse artes. Et  
Cicero ait, magnã uim in discendo habere studium  
conferendi, quod  $\sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\tau\eta\sigma\iota\varsigma$  uocat ipse. Et Salomon  
ait: Ferrum ferro acuitur, ita uir excitatur  
a uero.

Varietas.

$\sigma\upsilon\lambda\lambda\eta\tau\eta\sigma\iota\varsigma$ .

à viro. Significat enim tum admoneri ingenia col-  
 latione consiliorum atq; opinionū, tum exemplis  
 excitari. Propter has tantas utilitates libenter  
 in hac frequentia uersari studiosos conuenit. Po-  
 stremo natura fit, ut similes delectentur similium  
 consuetudine, maximeq; hi, qui similibus artibus  
 dediti sunt. Ipsa etiam celebritas delectat animos,  
 iuuat uidere bene compositos choros docentium  
 et discipulorum. Nullum acroama dulcius est, quàm  
 audire de optimis rebus, deq; omni uarietate na-  
 turae, de Repub. de religionibus, quid alij peritio-  
 res sentiant. Vetus est dictum: Extra uniuersita-  
 tem non est uita, quo significabant iucundissimam  
 esse uitam in scholis. Id dictum opinor ortum esse  
 ab eruditis et prudentibus, qui intelligebant, et  
 quantam hanc consuetudo, et cōmunicatio sermo-  
 nis uim habeat, et quantā pariat uoluptatem. De-  
 lectat bonos et uirtus illorum, qui liberaliter im-  
 pertiunt doctrinam alijs, qui ex animo consulere  
 posteritati conantur. Etsi autem in tanta infirmi-  
 tate humani generis nullus est ordo, nullum uita-  
 genus prorsus sine uitio, tamen in scholis minus  
 aliquantò est fuci, odiorum et aliarum malarum  
 artium, quàm in alijs multis uitae generibus. Pri-  
 mum enim doctrina liberalis flectit mediocria in  
 genia ad uirtutem. Nec ferè quisquam adeò est  
 ferrea

Similitudo.

Minus malat-  
 que fuci in scho-  
 lis.

ferrea natura, ut literis et mediocri disciplina  
 aliquantò fiat mitior. Est autem multò iucundior  
 consuetudo cum eruditis, qui causas omnium bo-  
 nestorum officiorum intelligunt, quàm cum indo-  
 ctis, quorum iudicia multis in rebus dissident à  
 nostris. Deinde illud affirmare ausim, eum qui in  
 studijs assuescit ad amandam et inquirendam veri-  
 tatem, amare candorem ac simplicitatem etiam in  
 moribus et in uita. Sed doctrina Sophistica depra-  
 uat uoluntates, transfertur enim calumniantis in-  
 dium ad mores. Vt autem quisquis est studiosissi-  
 mus, ita maximè incensus est amore ueritatis, et  
 Sophistam odit acerrimè. Dulcissimus autem con-  
 uictus est cum eruditis et candidis, qui prospiciunt  
 quid deceat, et certa quadam ratione moderant  
 omnes actiones, et animi impetus, quasi freno re-  
 gunt. Itaque nec dulciores, nec firmiores sunt ami-  
 citiae, quam Philosophicæ, hoc est, eruditorum so-  
 cietate studiorum contractæ. Iam è  
 regione confer ad hæc scholastica sodalitia, con-  
 suetudines cum illiteratis, in quibus etiam si qui-  
 boni uiri sunt, tamen minus suauitatis habent con-  
 gressus cum illis, quia de doctrina nobiscum collo-  
 qui non possunt. Ne Lelij quidem, et Scipionis  
 amicitia tantum suauitatis habuisset, si fuissent  
 et socii. Sed angustia temporis non finit nos omnia

Philosophicæ  
 amicitiae.

uita scholastica commoda colligere et illustrare. Hæc autem recensui, primùm, ut adolescentes intelligant & ament uitæ genus in quo uersantur: Dinde cogitent, quanta uicissim requiratur ab ipsis diligentia, quâta in omni officio moderatio, ut hoc uitæ genus ornent. Literati in summo fastigio rerum humanarum collocati sunt. Quare ut muneri omnium difficillimo satis facere possimus, adhibenda est acerrima contentio animorum in docendo. Est & sanctissimum uitæ genus, & Deo gratissimum, conseruare et propagare doctrinam uitæ utilem. Sciamus igitur Deo poenas daturos illos, qui moribus suis dedecorant scholas, qui nõ conserunt aliquid operæ, ad doctrinæ conseruationem.

Postremò iucundissima est uita scholastica. Quare digni odio sunt, qui uelut Centauri, aut Lapithæ tumultuantur in scholis, & tranquillitatem uniuersi coetus interturbant, disciplinam soluant, qua soluta, dissipari societatem necesse est. Sunt & boni adhortandi, ut hæc commoda in conspectu habeant, eaq; opponant incommodis, que multos abstrahunt à literis: Plus ualeat apud bonos dignitas literarum, et publica utilitas, quàm iniqua uulgi iudicia, quàm odia Tyrannorum, quàm paupertas.

Sic

Sic affectos esse iudico hos iuuenes, qui eò gratiam  
petiuerunt, ut se publicè obligarent ad deservien-  
tiam literarum. Iure igitur hunc animum eis gratiam  
tulamur, eosq; usitatis honoribus ornandos  
censuimus. Dixi.

## DE GRADIBVS DISSENTIVM

Oratio Phil. Mel.



Notus est Ennii uersiculus de ueteribus moribus conseruandis:  
Moribus antiquis res stat Romana uirisq;  
Idē profecto in re literaria praestiterit seruari in faciendis gradibus  
scientium, qui non mediocri prudentia à maioribus instituti, nunc errore quodam hominum, qui  
uidentur conspirasse ad abolendos semel omnes ueteres mores, delendamq; uniuersam ciuilem  
disciplinā, antiquantur. Neq; ego nunc suggestum conscendi digladiaturus cum eo genere, tantum  
adolescentes cōmonescere decreui, quo consilio et olim gradus instituti sint, et quantum ad com-  
munia studia literarum momenti adferat illorum conseruatio. Est autem ad eam causam opus  
aquitate uestra auditores, plerosq; enim tantum fastidium cœpit istius moris, ut tantum non tota  
Anty